





23

Q. D. B. V!
DISSERTATIONEM CASUALEM MEDICAM,
DE

1701,15

**ARTHRITIDE VAGA
CUM INCIPIENTE PHTHISI
IN CALCULOSO,
CONSENSU & AUCTORITATE
GRATIOSISSIMI MEDICORUM ORDINIS
IN ILLUSTRIVIADRINA,
PRÆSIDE
DECANO SPECTABILI**

DNO. IRENÆO VEHR,
MED. D. ET PROF. PUBL. PRIMARIO CELEBERRIMO,
S. REG. MAJ. IN PRUSS. ARCHIATRO DIGNISSIMO,
NEC NON FACULTATIS SUÆ SENIORE
GRAVISSIMO,

1701

DN. PATRONO ET PROMOTORE AETERNUM VENERANDO,
PRO LICENTIA

1701
1705

SUMMOS IN MEDICINA HONORES ET PRIVILEGIA
DOCTORUM JUSTE AC DEBITE CAPESSENDI,

1708

AD DIEM XVI. CALEND. MAJ
IN AUDITORIO MAJORI, HORIS ANTE- ET POMERIDIANIS,
MORE CONSVETO,

Publicæ Ventilationis submittit,
AUCTOR

JOACHIMUS GUILIELMUS PASCH
STARGARD. POMERANUS.

Francofurti ad Viadrum, Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI.



PRÆTATIUM CASUALIEM MEDICAM
DE

AR THRIITIDE VAGA
CUM INCRIBIT PHITISI
IN CALCULOSO,
CONSANG & NOSTORFATE
GRATIONISSIM MEDICORUM ORDINIS
IN ALLESTRA VADRINA

PRO DOCTORE
DE GRADU DOCTORIS
IN MEDICINA
PUB. VENT. LIBRARIUS
DE GRADU DOCTORIS
IN MEDICINA
PUB. VENT. LIBRARIUS
DE GRADU DOCTORIS
IN MEDICINA
PUB. VENT. LIBRARIUS

PRO DOCTORE
SUMMOS IN MEDICINA HONORES ET PRIVILEGIA
DOCTORUM JUSTE AC DEBITE CAPESSENDI
AD HUIUSMODI CAUSAS
IN AUDITIONE MAIORI, HORIS ANTE ET POSTMERIDIANIS
MORE CONVENTO
Publice Ventis non Librarij

IOACHIMUS GUILIELMUS PASCH
STARGARD, POMERANUS
H. Paschius de Pasch, Librarius Christianus Xanthus





PROOEMIUM.

DUm varius inter Themata,
Eruditorum publica Disquisitioni, ei-
demque Inaugurali, destinanda, agitor:
singularis quidam Casus, non ita pri-
dem mihi in Praxi oblati, incidit:
Quem cum propter variorum Morbo-
rum Symptomatumq; Syndromen satis
arduum deprehenderim: Quandoqui-
dem in singulis illorum irritam sæpè Medicorum, eorumque
celeberrimorum, operam fuisse, non unò experientia testi-
monio, unà cum aliis, didici: Mihi vero, Divinà gratià, tam
felici esse licuerit, ut intra duodecim Dierum decursum gra-
visimi Affectus Curatione defungerer, Aegrumq; exoptata
saluti restituerem; simul & malè fundatam nonnullorum
sententiam, qui non nodosam modò (quod proverbio dicitur)
Podagram, sed & Arthrididem admodum omnem, Medicinà
minimè tolli; Phthisin autem & Calculum rarò & difficul-
ter curari, quasi pro Oraculo, tenent, experirer: Non indi-
gnum eundem judicavi, qui cum aliis Viris doctis commu-
nicaretur, breviterque recensitus & explicatus, publice atq;
solenni Censura permitteretur. Jamq; recensionis atque
Evolutionis operam suscipiens, summum, quod omnia mode-
ratur, Numen supplex invoco: Ut, quemadmodum ipsi The-
rapia benignè adspiravit, ita quicquid est hujus negotii glo-
riosum sibi, Lectori gratum, mihi faustum & proficuum
esse clementissimè jubeat!

* (4) *
HISTORIA.

Illuſtrisſimus quidam Dominus con-
queritur de ſummiſ, iisque vagis, do-
loribus articulorum, maximè Pedis
Manusve, dextri lateris. Eoſdem ſi-
mul acutiſſimos, ſed fixos, circa Lumborum,
Renumque regionem ſentit, cum dejectò cibo-
rum Appetitu, compreſſione Præcordiorum,
tenſione & inflatione Ventris infimi, in latere
præcipuè ſiniſtrò: Quibus Hypochondriaca
paſſio, & Melancholia aliqua; omnium quin
etiam Membrorum, atque inprimis Crurum,
langvor & laſitudo accedunt. Accedunt pa-
riter Difficultas Urinæ & Stranguria, Tuſſisq;
etiam continua; quæ ſanguinea nonnunquam
ſputa, inter ſudores & Dyſpnæam, emolitur.
Urina, inſtar Cereviſiæ brunna, egregiè rubens
in Circulò ſpumam oſtendit, & innatantes hinc
inde, paſſimque congregatas, parvas veſiculas.
Sedimentum ejuſdem, inſtar Lymphæ coagu-
lata, mucoſum, ut & calculo-mucoſum, ex in-
termixtò multo fabulò: In fundò, poſtquam
turbata eſt, lateritiæ terræ ſimile quid compa-
ret. Patitur & alia quædam. Petit Conſilium.

HISTO
Eni-

* (5.) *

ΕΠΙΚΡΙΣΙΣ.

§. I.

MOrbum Illustrissimi Domini
Patientis esse *Arthritidem Vagam*
Scorbuticam, cum Calculo & incipien-
te Phthisi conjunctam, tunc, cum
Curæ se meæ committeret, dixi;
& nunc teneo. Signis enim ho-
rum Affectuum, Phænomena
commemorata in omnibus accuratè respondere, ne-
mo rerum Medicarum peritus negaverit: Neq; ideo
pluribus illud h. l. confirmandum mihi sumo.

§. 2. Nec verò ignota adeò in forò Medicò sunt
illa *Nomina*, ut fusiore eorundem explicatione opus
esse censeam. Quare id unum monere sufficit; quod
Arthritis aliàs *Podagra, Chiragra, Gonagra, Ischiagra &c.*
pro ratione loci affecti vocetur, *Vaga* verò & erra-
tica *Varorum* vocamine aliàs, & Germanis *die lauffen-*
de Gicht / Glieder Krankheit / Podagra &c. Westpha-
lis *de lopende Varen* / aliis aliter appelleretur.

§. 3. Similiter pervagatæ notitiæ res est, de Par-
tibus in dictis Morbis patientibus & affectis: Ut longè
de *Subjectò* tractatione faciliè supersedere possim.
Igitur, quoad *Tussim* tantum hîc observatam & *Phthi-*
sin, hoc iterum moneo: Quod *Bronchia*, saltem Pul-
monum in iis affecta ex hoc judicaverim: quia ma-
jor titillatio in *asperâ Arteriâ*, circa superiorem Colli
partem, quàm inferiori loco, sentiebatur; & sub Re-
spirationis difficultate Dolor, non ima adeò Pectoris,
quàm summa afficiebat & affligebat. Mox ad Cau-
sarum indicium progredior.

A 3

§. 4.

§. 4. *Causa Arthritidis Proxima* est vellicatio Ligamentorum, Tendinum & nervosarum sensibilibum Fibrarum in articulis Artuum, à *Ole acri Færeo*, in confirmatâ; in incipiente verò, à *Muco viscido* pariter Færeo, & tandem in Færum degenerante. In quâ sententiâ id me in Casu præsentis confirmavit, quod post æris Ois, (Morbum hunc, ut inferius constabit, perfectè curantis,) usum, Sudor summè foetidus, picem colore odoreve imitans, prodierit: In cujus examine granula Færea observare licuit: Ipsèq; Illustrissimus Dominus Patiens testatus sit, sudorem à Capite in Os defluentem, Cremorem Færi & Oleum Castorei, quò aliàs uti solebat, sapore suò repræsentasse.

Quod *Remotiores* concernit Causas, sæpè non parum ad Rem facit *Hæreditaria Dispositio*, ex Parentibus tracta; & juxta tritum vericulum, *Balnea, Vina, Venus* &c. Ex mensâ marmoreâ eam observant ACT. HÆFFN. Vol. 4. H. 65. p. 160. Quomodo ex Contagiò, & aliâ variâ ratione oriri possit? fusè satis docuit doctissimus MOLLENBROCCIUS, *eleganti Tract. de Variis & Arthrit. Vag. Scorb. C. II. & V.* Quem ipsum de *Definitione*, si quis eam desideret, videri velim. *Calculus* à me iudice, eidem Færo & Muco, nonnunquam peregrinæ substantiæ sese adjungenti, debetur: *Dolorem* verò, cum eodem urgentem, sabulum, sive frustula quædam illius in Urinis visa, augere potuerunt; Viis, per quas transeundum illis fuit, urinariis attritis. *Proxima enim Causa Doloris nephritici* est vellicatio insignis Fibrarum nervearum, in filtris Renalibus, Uretheribus, Vesica. Urethra; nec non nimia extensio Ductuum dictorum: vel, per accidens, im-

pedi-

* (7.) *

peditus Urinæ acris exitus. Ansâm dare potuerunt Cibi & Potus inconuenientes, acidi, crassi, viscidi, falsi &c. Adde Hæreditariam Dispositionem, & alia sub Arthridis *αιτιολογια* modò exposita.

Phthisis verò uti semper primario oritur ex *Armonia* *Θλινά*, ita & hic procul dubio ab eadem Causâ originem suam traxit. Quâ cum factum sit, ut Vasa Tracheæ arroderentur & sanguinem fundere; Sputum quodammodo cruentum, per Tussum continuam (à continuâ Pulmonum simul & asperæ arteriæ, nec nō Diaphragmatis aliorumq; Respirationi inservientium Musculorum vellicatione, facile derivabile, ejici contigit. Ex *Remotioribus Causis* alioqui non parum ad hujus Malinates contribuunt *Animi Pathemata* *vehementia*, *Contagium*, *Connata Dispositio* & h. g. aliæ. Quibus perspectis, haud difficile erit, eorum, quæ Causus commemorat, Symptomatum Originem, ab iisdem, quas adduxi, Causis, derivare.

§. 5. Porro *Differentias* dictorum Affectuum varias alioqui statui notum est. Et *Arthritis* quidem, potissimum ratione *Loci* distingvi solet in *Universalem* & *Particularem*; & hæc in *Chiragram*, *Podagram*, *Gonagram*, *Ischiagram*, & *Homoplatarum Dolorem*: Ratione *Moris*, in *Fixam* & *Vagam*, *Contagiosam* & *non Contagiosam* &c. Vid. BONNETTUM *Med. Sept. p. 2.* Ratione *Adjunctorum*, aliàs cum Maculis Scorbuticis, aliàs cum Tumore, Inflammatione, Ulcere &c. copulata deprehenditur: docente pluribus laudatò MOLLEBROCCIO, *l. c.*, ut & DRAWITZIO vom fliegenden *Scharbock*/ HORSTIO *Conf. & Epist. Med. Sect. 1.* aliisq; *Calculus*, ratione *Loci*, maximè diversus, (provenit enim in quolibet ferè Corporis locò, testantibus, præter

Litho-

Lithogefiam J. G. SCHENCKII, plurimis Practicorum Observationibus,) ut plurimum vel *Renalis* vel *Veficalis* habetur. *Phthifis* etiam, ratione *Foci & Nidi*, in quo ftabularatur præcipua Cauſa, quemve aliud aliudve Viſcus, (ſcirrho, apoſtemate, ulcere, alioq; acidæ aut ſalinæ acrimoniæ effectu infeſtatum) præſtat, in *Pulmonalem*, *Hepaticam*, *Nephriticam &c.*, Vid. RICHARD. MORTON. *Phthiſiolog.*, dividitur: Omnes ratione *Temporis* vel *Incipientes* vel *Confirmati* dicuntur. Ex quibus quænam Species ſubordinari ſibi Illuſtriſſimi noſtri Ægri Mala poſcant, facile ex dictis diſpaleſcit.

§. 6. Sed ſatis de his. Non enim illud nunc adeo intendo, ut ſingulorum, ex prædictis, Morborum naturam, originem, indolem fuſius explicem: Sed Exemplum tantum propoſitum ob oculos habens, facile in dictis acquieſco. Nec etiam de *Prognofi* longas lineas duco; ſed hoc tantum indico: Quod, diviſo auxiliò præſidiolorumque deinceps nominandorum, efficaciâ fretus, Illuſtriſſimo ægrotanti ſtatim ſpem fecerim, fore, ut intra 14. diem, Morbum, ſi non omnino extinctum, attamen remiſſiorem experiatur: Dummodo facilem Conſiliis meis aurem dederit. Quæ qualia fuerint? haud obſcurè dicam: Poſtquam de *Therapia Generali* Arthritidis, Phthiſeos & Calculi, tum vulgari, tum quæ mihi inprimis arridet, aliqua præmiſero.

§. 7. Et quidem ordini placet à *Remediis* peti ſolit

EX FONTE CHIRURGICO.

Ubi in *Arthridide* V. S. mihi pace nonnullorùm Virorum, & in iis *Excellent.* PECHLINI L. II. obſ. 26., niſi concurrentibus aliis ſymptomatibus, minimè conueniens videtur.

Scariff-

* (9.) *

Scarificationes humidas, Experimentiâ reluctantæ, ut ap-
probem, vix inducor; *Siccas* verò, sive Incisiones,
suo relinquens loco, notatum velim: Post earum ad-
hibitionem, à *Philosophorum* applicatò, $\frac{1}{4}$ horæ spatiò,
præcedente dolore exquisitissimò, Paroxysmum
pro tempore tolli. Sequens vero ejus est Descriptio:

R. ℞ ℥ iij.

\ominus Xci

℞ v v a ℥ j.

Destill. è 6 vitreâ, Δ è lenissimo r t g , pro *Philos.* usur-
pandus & in variis aliis Affectibus utilis.

Hæmor rhoidibus suppressis laborantes *Hirudines*
curasæ applicatas, refert. ZAC. LUSIT. *Pr. Adm. L. 2.*

Vesicatoriis laudem denegare equidem nequimus;
magis ramen ad leniendum, quàm tollendum Dolo-
rem, proficere certum est. Generosè enim, pariter
ac *Cucurbitula* quas *Ventosas* dicunt, è profundo quasi
alliciunt materiam morbificam; præmissis alteran-
tibus & laxantibus. Lege FABRIC. HILD. *C. 6. Observ. 98.*
WEDEL. *de Facult. Medic. C. de Attrahent.*

Quid *Fonticuli* utilitatis afferant? me non exper-
tum fateor; lentum ab iis, si ullum, venire auxilium
persvasus.

Cauteriorum aÆualium non inutilem usurpationem
crudelitas prohibet.

Potentialium verò, & in specie *Moxæ* famo-
sissimæ, (de qua abundè habent GEILFUES. *de Moxæ*,
EPH. GERM. CUR., H. BUSCHOFF. *de Podagr.*, BONETT.
Med. Sept., BLANCARD. *v. der Milch-Cur/ &c.*) usum, ob-
stantibus variorum Experimentis, negare non au-
deo. Sed viderint illorum æstimatores, quomodo
B con-

* (10.) *

convenerint cum ACT. HAFFN. : Quæ nullam, præ
Veficatoriis, laudem habere Moxam volunt.

Friciones cum pannis calidis, quin discutiendo
Circulum humorum promovere possint, nemo du-
bitabit.

E PHARMACIA.

Multum auxilii præstant *Vomitoria*, Inter quæ
præcipuè laudantur mihi, ☿ *Æi ztia* *Frionis*, ad gr. xij.
datum, quod inrer *Galua* alia nimis violenta, præci-
puè cum granis aliquot *Cinnab. Æii* (de quâ APINUS *Hist.*
Febr. Epid. testatur, quod feliciter nimium Emerico-
rum stimulum retundat) mixtum, tutissimè & lenis-
simè operatur: Et *Vomitorium speciale nostrum*, se-
mel vel bis absque ullis torminibus operans, & vix
nauseam movens, sapore Vitrioli, ad ʒj datum; Est
vero illud ipsum ⊖ *interius* *ſle*, *ſeum*, c. *Materia*
quâdam, extractis Δ lenissimò, *ſio* & ☿re, fortio-
ri Δis torturâ, paratum. Hæc enim ipsa *Materia*, cum
♂le, ♀e, ⊙e tractata, ⊖is f. *ſii* extractionem ∇ *ſtæ*,
& extractionem ☿ris ⊖li, f. *ſe* per v soluto, largitur:
Post quorum separationem demum, Encheirisi certâ,
obtinetur ⊖ nostrum. Sed altioris hæc sunt indaginis
& majoris excellentiæ, quàm ut hîc describantur.
Hæc enim qui novit, Chemiâ veram intelliget, & ceu
clave ad POTERIANA Scripta impetratâ, nil non revela-
bit, tandemq; toties desiderata Medicis Arcana in lu-
cem producet. Sed hæc obiter. Id interim notan-
dum: Cum alia *Vomitoria* noxia mihi in Phthisi vi-
deantur, quod in hõc ⊖e id ipsum observare non
licuerit.

Vomitorium exhibitum cum per aliquot
dies

* (u.) *

dies *Laxativa* subsequi, utile judicent Practici; In specie *Excell.* PECHLINUS *L.II. Obs. 26.* recenset, se quendam novisse, qui, præmisso per biduum paregorico, alvum magnò cum fructu provocaverit: Nec ipse in eò segnior esse volens, per triduum, sed ea leniora, usurpare soleo. *Purgantia* vero *fortiora* in omnibus, nil obstantè erroneâ quorundam *Experientiâ*, ceu pestem fugio. Hæc ipsa enim *acris* *Θia*, materiam morbificam, atusq; nimis commovent. Quæ quemadmodum nunquam à me usurpata, ob varios tristes Casus, tum mihi tum aliis visos: Ita hîc Medicis relinquo eis, quos tanta eorum tenet libido. Leg. de iis HELMONT., GEHEMA, ipsive eorum adeò tenaces Medici.

Succedunt hîc *Alterantia*, & quidem Serum acre absorbentia, Θ morbificum dissolventia vel invertentia, & ad Educationem ex Corpore disponentia. Quorum in numero habentur à Practicis

Balsamica, in vulneratis vel læsionibus gravioribus non certè inutilia: quod involvere Θia , simul & flexilitate sua educere eadem possunt. Ut &

Alcalia: non adeò tamen utilia ob exasperationem Θ lium, & cum circumspectione adhibenda. Potiora videntur

Alcalina absorbentia, *Terra* & *Ætia*. Cujus generis est usualis mihi *Pulvis*, ex *Corall. rubris*: *Oculis* enim Θ in debili Ventriculo, ob insignem mucaginem, nisi in casu necessitatis, vix utor. Est vero sequens ejus Descriptio.

R. *Corall. preparat.* ʒvj.

Ol. Anis. destill. gt. x.

M. F. *Pulv.* no. XIII. De quibus quâlibet vesperâ unus sumatur. Jungo interdum etiam Θ *crudum*.

B 2

Insi-

* (12.) *

Infignem eorum usum, (etsi non tam citum, si adhibeantur sola) tutissimumque notat laudatus *Excell. PECHL. l.c.* Ubi etiam Vinum, ∇ frigidam, Thee &c. non semper improbanda censet.

Vino præterea medicato puriori Podagram pro tempore cesfisse vidi: Sed, ob fallaciam Cauponum, fatiorem cenfeo Theam; eandemque inprimis Artificialem. Qualem, ex præscriptione Excell. DN. D. VATERI, Præceptoris ad Cineres usque colendi, usuaem habeo sequentem

R ξ . *Rasur. L. Guajac.*

Juniper. a. ʒj.

Sassafr. ʒjʒ.

Rad. *Cichor.*

Helen.

Lapath. acut. a. ʒ ʒ.

Herb. *Chamadr.*

Chamepyth.

Trif. fibr.

Summ. Fumar. a. M. j.

Flor. Anth.

Primul. ver. a. M. ʒ.

Sem. Hyper. ʒ ij.

Zinam. acut.

Macer. a. ʒj.

Prepar. ad chart. S. Species, als Thee, fünff Zinger voll zu 1. Quart Wasser. Potest etiam in ∇ prius ξ crud. decoqui per aliquot horas, & dein ∇ usurpari.

Eâdem, ad modum Heinsianorum Decoctorum secreto- rû, ita locò Decocti usus sum. Species irrigentur liquore

* (13.) *

re \ominus alcali vel $\text{F}\ddot{r}$ i, vel alijs tantillô, ut nihil innatet. Species vero omnes imbutæ appareant: Dein stent in digestionè, per horas 24., in phiolâ optime clausâ. Posthâc affunde ∇ fervidæ q. f. Cum quâ rursus per idem temporis spâtiû, fortiori calori exponantur. Deinde Liquor decolatus, bis vel ter de die, ad z III \times vel XII. usurpetur. Insignis profecto talium laus est, nec parum ad Curam faciunt. Vid. pluribus Nic. HEINSII *Soulagirzes Podagra*, Zeughauß der Gesundheit. 2c.

A *Decoctis* hîsce id habetur commodi; quod non solum diu conserventur, sed & optime extracta non eô, ac alia, periculô adhibeantur.

In usu etiam Amico cuidam in Paroxyfmo erat seq. dolorem brevi leniens.

Rx. Sem, Sefel.

Fenic.

Hyper. z j.

N. M. z ij.

Capit. Papav. no. iij. vel jv.

F. l. a. in *Lact. Mens. I.* Decoctum, cochleatim præbendum. De Lactis verò utilitate, transigant acerrimi ejus propugnatores antiqui, & inter novos BLANCARD. von der *Milch. Cur.* cum alijs contradicentibus; In specie HEINSIO von der *Milch. Cur.* contra BLANCARD. &c.

Insignem quoque, inter alterantia, usum habet D. MARHOLD. *Elect. ex Verm. majal.* Laudatur etiam ∇ ad *Podagr. Cnôff. Angelic.*, quam Regi Polon. *Vladislao* profuisse testatur. Ω *Calc. Vid. B. V.*, *Specificum Arthrit. Timei*, *Elect. ejus antiscorb.*, *Ra Ffri &c.*

B 3

Inter

* (14.) *

Inter eadem referri potest *Juniperus*, teste
SCHARFF. C. 26. Art. II. p. m. 318. De usu *Juniperi*.

Aperientia excellentissimè, & in specie *ſilia*, operantur: Quorum in numero *Liquor Fl.* ⊖ *Armon. ſilium*, meritò recenſetur. Sed præ reliquis loco omnium

R̄. *Tinctur. ſ. Eſſent. ſtis alb.* ʒj.

D. S. *Tinctur* alle Nachmittag 3 mahl / als Glock 2 / 4 / 6 / allemahl LX. biß LXXX. Tropff. zu geben.

Tollit enim Paroxyſmum: Et, ut mihi innouit, per annum dimidium ſuspendit eum hætenus: quid imposterum futurum, Deo committo. Id noto, quod calculoſi ejus uſum non admittant.

Diuretica quoq; non flocci ſunt pendenda. Inter quæ n̄ *ſva B. V.*, *Ra. ſva Helvetii*, n̄ *ſ* ⊖ *vol. Corn. Rhinocer. internè*, & *Oleū externè*, (Vid. A. HAFFN. Vol. V. H. 80. p. 183.) *Tinct. Salut. D. Vater.*, n̄ *B. B.* (non *ſtus ſq.*)

R̄. n̄ *Junip.* ʒj.

⊖ *Vol. C. C.*

Succ. a. ʒj.

Ol. Succ. gt. XL. M. F. n̄.)

& præcipuè *Bals. Vita ſanckii*, c. *Mixtur. Carm. n̄.*, neminem ſpe defraudant. Commemorata verò *Tinctura ſva HELVETII* ſic parabilis eſt.

R̄. *ſva optima* ʒxij.

Acet. deſt. Fort. ℥j.

Coq. in olla ſli, ſemper agitando. Tum affund. largam quantitatem ▽ *comm. ſ* rursus coq̄.

Ita *Acetum* & *Δam ſ* ⊖ *ſva* in ſe abſorbabit: Quod ſi aliquandiu ſteterit, clarum decoletur, & leni *Δe* ⊖ *crystallifetur*. *Exſiccatum* ⊖ *inde olla vitreata ut inſtar Butyri liqueſcat, ſuper Δem Lenem; donec inſtar* n̄ *Vin. Red.*

α. *Vin. Rectif. ardeat: Quo conspecto flammā operculō suffocatā, subito ab Δe removeatur, & ad refrigerationem repositā olā, eximatur* ⊖: ē quōd cum *Spir. Vin. R. (ex Vino c. Ciner. Sarmen. paratō) extrah. Tinctura.* Insignis ejus usus, si cum circumspēctione adhibeatur in his & aliis Affectibus.

Nec de nihilo *Vinum Hydropicum Diureticum*, (14. Diebus eum scēpius exterminans) *Succini & Myrrha*, ritē solutorum, *Essentia* sunt. ⊕ quid in Calculo præflet, indicat TIM. à GÜLDENKLEE L. III. *Caf. 52. Observ. Medic.* Ubi *Prævotii* Exemplum citat, de Nephritico; qui pluribus legatur.

Sed reliquis omnibus palmam præripiunt *Sudorifera*. E. g. *Mixtura Carmin.*, α B. B. & c.

Rx. *Ess. Cort. Orant.* ℥℔.

Castor. vel Tinct. Salut. D. Vat. ℥ij.

α B. B., vel *Cephal. ex Castor.* ℥℔.

⊖ *Vol. C. C. Scrup.* ij.

R& *Opii c.* α ⊖ *Armon. Vinof.* ℥j. l. i℔.

D. ad vitr. S. *Mixtur.* Dosis ter de die, ad gt. 36. vel 40.

Et per *Insensibilem transpirationem* ut plurimum *operantia* s. *Diaphoretica*. Uti sunt ⊕ *Diaph. Poterii* ē ☿ *is* & ⊖ *e* *ejus*, quod est *Specif. Stomachicum*: una c. ☿ *ori nostrō* reliquis, omnibus palmam, quod ego sciam, præripiens, & *Podagram*, *Luem Vener.* interatam cum *carie*, *Scorbutum*, *Epilepsiam*, reliquos plures, præter *Phthifin* & *Calculum consummatum*, *Morbos perfectē*, brevique tempore, curans. Nec expectationem fallunt, sed semper respondent, *Ol. dulcē* & *nii*, apud AGRICOLAM *Comment. in Poppium*, c. *revif.* JUNCIIII *celebris nuper edit. descriptum*; *Lucæ Tozzi* & *Antipodagricus*, *Tinct. BURRH.*, *Tinct. Antimon. ex Crudo*, ☿ *e* *ejus* comm.

Commun., *Speciali*, & *ex floribus* præcipue; Cujus communicationem *Amico cuidam Berolinensi* æstumatissimo debeo; quive eadem ipse sæpius decumbentes ex iisdem Morbis, brevissimo temporis spatio restituit.

Laudent itaq; *Kna* suum Turcæ, Indi jactitent *Batatas*, *Moxam* Japones efferant: nil profectò præstabunt, quod effectum vel minimum nostrorum æquet. Cum enim diversis vel profint vel noceant Naturis, nostra singulis conferre certissimum est.

Salivatione verò, etsi ea opem nonnunquã præstet, ut utar, vix permovebor. Fallax enim est & teste meâ simul ac aliorum *Experientiâ* & *autoritate*, sæpè *Contracturas*, *Epilepsiam*, *Vertiginem*, *Capitis dolores* & varia incommoda alia procreat. Ut taceam, paucos hâc ipsâ perfectè curatos fuisse; aliquos ex *Scyllâ* in *Charybdin* incidisse. Vid. *HEINS.*, *HELMONTIUM Illustrum Chemicum*, & *ACT. HAFEN. de Quænoxia. Vol. V. H. 52. & 66.* Quamvis *Mercurialia* non omnia improbem, & vel ipsum *Mercur. dulcem*, ad eam perfectionem, ut *Om* non dealbet, deductum, minimè rejiciam. Non enim paucarum virium expertus sum *Quæ diaph. Alem.*, ab omni acrimoniâ liberatum. Quem mihi fide dignus quidam Vir, *NICOL. HEINSII, M. D. & Pract. Culenb.* arcanum esse, cum eum *Quæm* laudarem, asseveravit; & fidem facillè apud me impetravit, cum ipse exactè descriptioni *Pulveris secreti*, im *Zeughaus der Gesundheit* respondeat.

Plura de *Arthritidis* & *Calculi Curâ* qui desiderat legat *Excell. PECHLIN. in Obser.*, *SYLV. L. I. Prax. Cap. 30.* & *in Append. Tr. 8vo. de Arthr.*, *MOLLENBROC.*, *ROLLENC.*, *CNÖFFELIUM*, *TIMÆUM à GULDENKLEE* & *Excell. DN. D. VATERUM Fautorem & Præcept. inter paucos colendum.*
Quod

* (17.) *

Quod ad *Phthifin* attinet, alia, quàm vulgò fieri solet, nobis placet Cura, eaque omnibus ferè ejus Speciebus, de quibus RICH. MORTON. in *Phthifol.* habet, respondens; compendiosa valde, & in incipiente illâ, æquè ac præsentè jam febre Hecticâ, nunquam non felix.

Manè præbere soleo in *Theâ artific.* ex Rad. *Farf.*, *Hyperic. femine* &c. *Balsamum Sulph. Neandri*; & *Vesperii Pulverem* superius descriptum, vel seqq.

Rx. *Corall. preparat.*

Rad. Ir. Flor.

Pæon. a. 3. ij.

Olei Anif. gt. ix.

M. F. Pulv. no. XIX., secundum præscriptionem usurpandi.

Ultimi acrimoniam temperant, prima *Θia* solvit, & *Bals.* dolores lenit, pulmones sanat &c. Addere, pro ratione Morbi, soleo, quotidie *Succum 69 vi-vor. no. V.* in liquorè convenientè.

Hactenus de *Internis* nunc ad *Externa* me accingo, quæ in *Phthifi* adhibere soleo nulla; Ex *Excell.* enim modò laudati *Dni. Præceptoris, Practici* longè *felicissimi* monitis, & Exemplò *Phthifici* ex casu facti, eorum noxam discere licuit.

In *Calculo* sæviante *Emollientia* & *Carminativa*, regioni *Lumbari* vel *Pubis* applicata, placent. *Lenientibus* enim tantum, consummatus ille, tractandus videtur; nullis aliàs internis, aut rarò & peraccidens, atterendus medicamentis, si perfectam acquisiverit duritiam. Sit e. g. *Externum*

Rx. *Ol. Cham.*

Cappar.

Castor. a. ʒj.

C

Philos.

Ol. Philos.
Succ. a. 3 ℔.
Anis. scrup. j.
Campb. ʒ ℔.

F. I. *Linimentum* Externè applicandum.

Vel etiam adhiberi poterunt, non sine fructu, Fomenta aut Balnea.

In *Arthritidè* & in specie *Podagrâ* laudant
 ACT. HAFNIENS. *Ung. Secret.* PROTENII *H. 25. p. 42. Volum. III., & eodem Volum. H. 9. D. I. L. Hannem. Prof. Chilon. Emplastra; speciatim sequens: Quò se ægrum ita restituisse asseverat, ut sequenti die choreas duxerit.*

Ri. Storac. Calam.

G. Bdell. Aceto sol. a. ʒ ℔.

Ol. Verb.

Cham. carul. a. gt. xxv.

Axung. Gall. Scrup. ℔.

Human. ʒ ℔.

Serpent. ʒ j.

C. Thereb. q. s. F. J. à Emplastrum.

TIMEO *Lumbrici Terrestres* optimam opem præstitisse videntur. *Cas. Medic. 36. L. III. de Morb. Infimæ Ventris.*

SYLVIUS *Bals. Succinat.* in *Dolore Podagræ* rodente efferbuisse, stupendaq; alia monstrasse, *L. I. C. XXX. p. m. 174.* pluribus refert.

Habet suam laudem *Empl. Miraculos.* MONCKII & *Nostrum Catholicum.*

Laudat PHIL. GRÜLING. *p. 106. Cent. Ima in Append. descriptum Euporiston* sequens.

Rec.

* (19.) *

R. Cap. Mort. Vitr. ʒij.

Op. Theb. ʒB.

▽ Chelid.

Samb. a. ʒiv.

Acet. Rti ʒij.

M. pro Epith. calidè applicandò: Quò, bihoriò, omnes fanatos Dolores refert. Cui non dissentaneum est, & B. D. SCHMIDIO acceptum.

R. Carnis Bubul. ℥j.

Vitr. Rom. ℥B.

Carni ab omni pinguedine libera incisavè inspergatur Vitriol., & inditis his tigillò, aliò superlutatò, admoveatur Carbonum Δ, per 2. horas. Ita Liquor exsudabit, externe applicitus ½ horæ spatiò Paroxysmum tollens.

Balsamus Vita ZANCKII, Extern. PORRETTI Medic. Itali celeberrimi, Venetiis degentis, Ol. etiam Saponis laude non carent.

Ego olim D. VATERI Prof. Publ. & Phys. Provinc. Witteberge, Practicq. Celeberrimi, Patroni & Fautoris semper colendi, Bals. Nervinum hunc,

R. Ω Formic.

Lumbric.

⊖ Arm. Vinof. a. ʒiiij.

Castor.

Croc. a. ʒv.

Camph. ʒiv. M. F. Balsamus,

excellētē expertus sum Berolini, in Ischiade. Potentissimè enim discutiens Materiã versus Pedes depellebat: ubi congestam exemi. Vulnere consolidatò aliquandiu immunis à Paroxysmis mansit patiens.

Fomenta præterea sicca, præ humidis, utilia cenfeo.

C 2

Sed

Sed omnia ferè *Externa* difficiliorem reddunt Curationem. Poros enim constringendo, Transpirationem impediunt: Vel, discutiendo partes subtiliores, crassiores relinqvunt: Teste laudatò *Dn. Praeceptore in Coll. Practico.*

Mitto plura: Animus enim est aliquandò fufius de his agere, & *Tractatum de Morbis, pro incurabilibus ex Errore habitis*, E.g. Epilepsia &c., edere. Quod si conatus mei placuerint, nec deerò in manifestandâ *Medicamentorum meorum Descriptione*, quorum jam aliorum quorum memini. Interim verò paratus ero, sed circumspèctione adhibità, eadem Amicis & dignis communicare.

Subsequi, quod adhuc notandum, solet, & adest sæpè *Febris*, vel *Acutâ* vel *Intermittens*. Prior Methodò Medicâ, posterior tribus guttis *Olei nostri Antifebrilis*, in 3 Doses divisis, facillimè curanda. Hoc *Olè* etiam loco Vomitorii uti soleo. Habet id ipsum hæc specialia: Ut *gt. i.* per Vomitum, *2da* per fecesum, *3tia* per Diaphorism & sudorem, si hujus gratia adhibeatur, operetur.

Sed non ero, ut dixi, prolixior: Saltem notabo hîc, quæ *Illustrisimo Dno Patienti* præbuerim Medicamenta.

Ad *Arthritidem* enim primariò reflectens, *Speciale nostrum Vomitorium* adhibui; ob vim simul adstringentem & vulnerariam præcellens.

R. Vomitor. n. Spec. 3j.
D. S. Des Morgends in warm Bier zu nehmen/ und
¼ quart Duckstein drauff zu trincken.
Posterò die *Laxativum* sequens.

R. Rhabarb. Alex.
Fol. Senn. f. f. a. 3j.

Agar.

* (21.) *

Agar. ʒß.

Mann. calabr. ʒjß.

D. S. Laxier Species zu ʒ Nössel Wein / des Mor-
gends auff 1 mahl zu trincken / und gelinde darauff
zu laxiren.

Hoc peractò, *Phthificos* rationem habui non parvam,
ideoque manè, per 4 duum, adhibui seqv.

R. Bals. ʒr. Neandr. ʒj.

D. ad vitr. S. Alle Morgen 8. bis 10. Tropfen im
Thee zu nehmen.

Species pro Thea verò erant supra descriptæ.

A meridie, ut *Calculò* aliquatenus satisfieret, flatus-
que sedarentur, præbui hoc Medicamen.

R. *Mixtur. n. Carmin. supr. desc.* ʒj.

D. ad vitr. S. Sonderl. Er. 2 mahl/ als umb 2. und
6. Uhr Nachmittage/ zu ʒ6. Tropf. zu nehmen.

Adhibuissem equidem *Tinctur. J. albam*; sed *Calculus*
non admittebat.

Vesperì verò ʒ *Œis Nostrì gr. B. in ʒbus Pilulis*:
Et ideo quidem tam parvâ Dosi; quod aliquatenus
Phthificis nocivum observarim.

Post hocce dies *Sudor* cesfat, *Sputum* minus *Cruo-
ris* monstrat, in urinâ ultra ʒj. *Sabuli* apparet.

Pergo Medicamentis iisdem, sed ʒ *Œri* quâli-
bet vesperâ ad *gr. i.* datò, 6. diebus. Dehinc *Arthritìs*
perfectè cesfat, *Tussis* abest, *Cruor nullus* cernitur, *Cal-
culi* adhuc aliquaia Signa sunt. Ad eum extirpan-
dum, nevé *Arthritìs* repullulet,

R. Bals. Vit. ʒanck. ʒß.

S. Balsam / mit dem andern Wechselweise des Mor-
gends / und zwar dieser frühe zu 20. bis 25. Er. zu
nehmen.

C 3

R. Bals.

* (22.) *

R. Balsam. ꝑris Neandr. ʒj.

S. Underet Balsam ꝑu 8 bis 10. Troysf.

Post Meridiem continuat *Mixturam Carminativam.*

His actis commendavi, ut quolibet triduo *gr. i.* ꝑ
nostris ꝑris sumeret, & Sudorem ab eo expectaret: Idve
per 3. hebdomadas.

DIÆTAM.

Utpote satis notam, & à Practicis descriptam, recensere multis minimè necesse ducens, ne Tautologiæ commissæ accuser, hõc tantum speciale afferre sustineo: Summam esse *Crusta assaturarum brunna*, & *Butyri frixi* s. eis assandis adhibiti, ut & NB. *Piscium & Cancrorum*, ante ꝑris usum comestorum, noxam: Idq; sæpius observavi. Cum enim aliàs ab usu ejus lenis sequatur somnus, iis præmissis, Angustia præcordiorum & nescio quæ anxietas exoritur.

Actis igitur datisque his, quæ dixi, fortunante Divino Numine, perfectè Illustrissimus Æger convaleuit. Faxit idem Benignissimum Numen ut deinceps constans ei Sanitas sit; In familiæ Illustris & omnium bonorum salutem! Mihi verò in aliis meis Curationibus eundem, ut non diffido, largiatur successum!

Tu autem B. L., æqui bonique ea, quæ festinante calamo conscripsi, consule. Qui potes & melioribus instructus es, eadem me aliosque haud gravatim doce. Sic collatis Experimentis non fictitiis, tandem Ignorantiæ & querelis agrorum imponetur exoptatissimus

FINIS.

COROL-

* (23.) *

COROLLARIA.

Purgantia parum utilitatis, multum sæpè noxæ inferunt.

Philtra specialia non dantur.

Qui per Sympathiam se curatos esse & curasse alios ferunt, caveant, ne semetipfos fallant.

Conceptio & Imprægnatio rarissimè in Ovario, ut plurimum in Utero fiunt.

Aloetica Phthificis non conducunt.

Neque Mas neque Fœmina habet semen, sed prior α , posterior Corpus, dat: Quibus accedit anima, ceu divinæ particula Auræ, immortalis: An & inculpabilis?

Scarificatione & V. S. multum oleofi & subtilissimi Sanguinis educitur: Magna itaque utriusq; laus jure concidit.

Volatilia, castoreatis & opiatis mixta, præcipuè si aromata certis in casibus accedant, sunt optima Carminativa.

CrySTALLI liquatio, contra Experimenta quorundam Physica, facillimè certâ Encheirisi cum Borrace succedit.

Si ab Aerè nostrò sola gravitas dependet, cur Lapis in Antliâ pneumaticâ, Aere exanthlatò, fundum semper teneat, Pluma in altum sæpè volitet? later: præcipuè si Aer penitus exanthliari potest.

Ex Metallis, Igne leni magico, separari potest
 \ominus Volatile f. ☿ , ♁ & \ominus interius, 3 dierum spatio.





ULB Halle 3
003 499 731


5b

VD 7P





23

1701,15

Q. D. B. V!
DISSERTATIONEM CASUALEM MEDICAM,
DE

ARTHRITIDE VAGA
CUM INCIPIENTE PHTHISI
IN CALCULOSO,
CONSENSU & AUCTORITATE
GRATIOSISSIMI MEDICORUM ORDINIS
IN ILLUSTRi VIADRINA,

PRÆSIDE
DECANO SPECTABILI

DNO. IRENÆO VEHR,
MED. D. ET PROF. PUBL. PRIMARIO CELEBERRIMO,
S. REG. MAJ. IN PRUSS. ARCHIATRO DIGNISSIMO,
NEC NON FACULTATIS SUÆ SENIORE
GRAVISSIMO,

DN. PATRONO ET PROMOTORE AETERNUM VENERANDO,
PRO LICENTIA

SUMMOS IN MEDICINA HONORES ET PRIVILEGIA
DOCTORUM JUSTE AC DEBITE CAPESSENDI,

AD DIEM XVI. CALEND. MAJi

IN AUDITORIO MAJORI, HORIS ANTE- ET POMERIDIANIS,
MORE CONSVETO,

Publicæ Ventilationi submittit,

AUCTOR

JOACHIMUS GUILIELMUS PASCH
STARGARD. POMERANUS.

Francofurti ad Viadrum, Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI.

1701
1702
1703
1704
1705
1708

